

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Dominica I post sancti angeli: Lesung aus dem Evangelium nach Matheus

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

38  
38R

Dñ enim non in manu factis  
habitat. nec in metallo. aut  
saxo cognoscitur. Hic ergo  
gentilis populus. cum persecu-  
tionem xp̄iano intulerit. hac  
poena plectitur. ut cum sua sacri-  
lega mola iudicandi sae-  
culi fluctibus demergatur.

**DOMI P̄ SCI ANGE-  
LIE SCI IUA SIC MATHIU.**

**T** Nillo temp. Ascendens ih̄s in  
nauculam. trans fretauit & uenit  
in ciuitatem suam. Et ecce offere-  
bant ei paralyticum. in lecto iacentem & reliq.

**Sermo beati iohan-  
nis episcopi diadimi  
lectioni.**

**X**pm̄ in humanis ac-  
tibus diuina gessisse  
mysteria. & in rebus  
uisibilibus inuisibilia  
exercuisse negotia. lectio ho-  
dierna monstrauit.

**A**scendit inquit in nauiculam  
& trans fretauit. & uenit in ciui-  
tatem suam. Nonne ipse est  
qui fugatis fluctibus maris pro-  
funda nudauit. ut israheliticus  
populus inter stupentes undas.  
siccio uestigio. uelut montium con-  
caua transiret. Nonne hic est  
qui petri pedibus. marinos uerti-  
ces inclinauit. ut iter liquidum  
humanis gressibus solidum

praeberet & obsequium. Et quid  
est quod ipse sibi maris sic dene-  
gat seruitutem. ut breuissimi  
laci transitum. sub mercede nau-  
tica transfretaret. Ascendit  
inquit in nauiculam & trans fre-  
tauit. Et quid mirum fratres.  
xp̄s uenit suscipere infirmitates  
nostras. & sua nobis conferre  
remedia sanitatis. Quia me-  
dicus qui non fert infirmitates.  
curare nescit. & qui non fuerit  
cum infirmo infirmatus. infir-  
mo non potest conferre sanitatem.

**X**p̄s ergo si in suis mansisset uirtuti-  
bus. commune cum hominibus  
nil haberet. Et nisi impleisset  
carnis ordinem. carnis in illo  
esset otiosa susceptio. Sustinuit  
ergo has necessitates. ut homo  
uerus humanis necessitatibus  
probaretur. Ascendit in nau-  
iculam. Xp̄s ecclesiae nauem.  
saeculi fluctum semper mitiga-  
turus ascendit. ut cre dentes  
in se. ad caelestem patriam  
tranquilla nauigatione per-  
ducat. Et municipes ciuita-  
tis suae faciat. quos humanita-  
tis suae fecit esse consortes.  
Non ergo xp̄s indiget nauis. sed  
nauis indiget xp̄o. quia sine  
caelesti gubernatore. nauis  
ecclesiae per mundanum pelagus